

R. P. Christophori Broweri S. Jesu

SCHOLIA

in vitam B. M. Meinwercki.

*Vita Meinwercki Episcopi scriptor, ejusq; opera  
in utramque partem discussa.*

**I**Nfra Meinwercki aetatem longius amandandum de  
se duplici indicio dato, manifestum fecit. Primo, quo  
Synodi Selingenstadiensis canones de jejuniis quatuor  
temporum examinans, Gregorij VII. auctoritatem is  
opponit; altero, cum duorum Meinwercki successorum  
Rothonis, & Imadi mentionem infert. Quod verò cum  
sui a vi hominibus loquatur, id est, incondito, & pa-  
rum polito genere sermonis, id est, qui Mercurialibus  
Gratys ita litant, ut aurium magis dulcedine, quam  
rerum utilissimarum cognitione capiantur, boni consu-  
lent. Etsi ad origines Patherbronensis Ecclesia illu-  
strandas, variamque vicina regionis veterisq; Saxo-  
nia historiam probe percipiendam, nescio, quid utilius  
scribi, darique in lucem hoc tempore potuerit. Latent  
enim sub verborum vilibus integumentis, res literis,  
memoriaq; dignissima; & ex incompti sermonis fuligi-  
ne, scintillula emicant priscarum narrationum, quas  
frustra alibi requiras, eruasq;. Nec est, quod inficias  
eamus Excerpta, & Eclogas fecisse autorem ex scriptis  
alienis complures, id quod locis suis ostendetur; & res  
ipsa